



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

VII. De Decimis Novalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](#)

Dabium non minus practicum est tertio, an laici decimas praescribere etiam contra laicos non possint. Non posse, evincere videtur defectus possessionis necessariae ad omnem præscriptionem. I. & Reg. Sine possessione eist. Nihilominus ex communi DD. sententia locus est distinctioni; vel enim decima in laicos canonice & non solum ad tempus, sed perpetuo & omnino irrevocabiliter aliquando translatæ sunt, vel non? Si posterius hoc, eas etiam contra laicos praescribi non posse, omnino evincit defectus possessionis. Si prius, eas contra hos praescribi posse, cum Felino in c. Causam cit. n. 4. verius defendunt Gutierrez Lib. 1. Practic. q. 15. n. 7. Moneta de Decimis, cap. 5. n. 18. Barbosa in c. Causam cit. n. 5. Zoesius ad hanc Rubr. n. 52. & Engel ibid. §. 2. n. 20. Ratio est partim; quod per hujusmodi concessionem à spirituali officii titulo omnino avulsa & decimarii propriè acceptarum natura amissâ, rebus laicorum patrimonialibus accessuif videantur: partim vero; quod hòc casu earum præscriptio nullum aut vix ullum præjudicium afficeret Ecclesiis: ad quas, quia non scilicet quam aliae laicorum res & bona redditura sunt, parùm refert, an apud hunc vel alium laicum existant. Quæ causa est, cur hòc casu à laicis possideri posse videantur; cum mutata natura bonis laicorum patrimonialibus ac prophanis accentuantur, ut nota Barbosa in c. Statuto 2. in 6. n. 12. Unde

Inferitur, decimas legitimâ autoritate laicis perpetuo & omnino irrevocabiliter concessas, ab ipsis donatione, venditione, emphyteutico aliòne contrario in alios, etiam laicos, transferri liberè posse; cum enim ejusmodi concessione naturam suam exuerint, & accesserint patrimonialibus laicorum bonis,

de ipsis perinde, ut de aliis bonis propriis disponere valebunt, Gutierrez cit. q. 15. n. 7. & Barbosa in c. Prohibemus cit. n. 7.

Casu ramen, quod ejusmodi decimæ 99. laicorum donatione aut aliâ viâ ad Ecclesiastiam reverſe, sique incorporate sunt, ab istius Praelato in laicos perinde, ut aliae à titulo spirituali & Ecclesiis in laicos nonquam translatæ, transferri sine Sedis Apostolica authoritate amplius non possunt; quod primævam naturam reassumant: & propterea earum in laicos alienationi obstat prohibitio Conciliorum Turonensis ac Lateranensis, can. Decimas & c. Prohibemus cit. & Extravag. Ambitiosa, de Reb. Eccles. alien. Ita Odradus Consil. 92. n. 2. & ferè quotquot, decimas à vallo mortuo ad Ecclesiastiam reverſas denovo infeudari à Praelatis non posse, docent cum Covarruvia cit. cap. 17. n. 5. Menochio Lib. 6. Praesumpt. 86. n. 3. & Fachinio Controvers. Lib. 7. cap. 72. ad mentem S. Ludovici, qui omnes decimas ad Ecclesiastiam reverſas amortizari, lege Regiâ declaravit 1277. apud Rebuffum cit. q. 10. n. 54.

ARTICULUS VII.

De Decimis Novarium.

S U M M A R I U M.

100. Novalis nomen latè & impropriè;
101. Propriè & strictè;
102. Et strictissimè sumi potest;
103. Et ita solet in Privilegiis, Regulæ eximentibus à solutione decimarum.
104. Latè sumptum Novale non variajus decimarum.

Ecce

105. Has

105. *Has ex propriè sumpto Novali percipit Parochus :*
 106. *Non tamen ab exemplis ab earum solutione ex propria predia.*
 107. *Parochio debentur decima Novalium, licet veteres ex privilegio laici,*
 108. *Imò etiam Monasteria percipient:*
 109. *Nisi his parochia sint unita.*
 110. *Prescriptio decimarum ex Novalibus provenientes non comprehendit:*
 111. *Nonnullis casibus exceptis.*
 112. *Qua in re varia, & servanda est locorum Confuetudo.*

100. **N**ovalis nomen non eandem semper in Jure, & ulu etiam, significacionem habet, c. *Quid per Novale 21. de V. S.* aliquando enim, sed latè & impropriè, fundum cultum quidem, sed jam alios, quam antè dederat, fructus proferentem: ut si ex prato ager, ex horto vinea fiat, vel piscina unū alterō annō conseratur: vel terram priscissim, qua annō cessavit, l.
 101. *Sylva 30. §. 2. ff. de V. S.* Aliquando, strictius & propriè significat Agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, vel sucus aut aliud indicium, quòd aliquando cultus fuerit, ut dicitur c. cit. five terra aut fundus, qui, cùm prius esset omnino sterilis, humana industria redactus est ad culturam, vg. si excisa sylva, arborum stipitibus & radicibus evulsi, dumetis ac sentibus extirpati vel exusti, vel locus palustris exsiccatus in agri aut vinearum formam sit redactus, l. & §. fin. ff. de *Termino morto.*
 102. *ro.* Demum aliquando Novale accipitur strictissime pro fundo ab hominum memoria inculto, & ad culturam redacto, ex quo Ecclesia Parochialis nullos aut valde exiguos fructus decimarum

nomine percepit, c. cit. Poltremò hoc modò Novale accipitur in privilegiis Apostolicis, quibus decimis ex Novalibus solvendis immunitas concessa est locis Religiosis, secundum decisionem c. cit. cum, si ex his vel loco pascuo, ab hominum memoria non culto, Ecclesia Parochialis novalis estimationis proventus decimam nomine perceperisset, ex eo polte in agrum aut vineam redacto decime lovdæ à Religioso loco sint, non oblitare privilegiò, ipsum à solvendis Novalibus decimis eximente; quòd privilegium in accipiendum sit; ut eò Parochie nonni-
mum præjudicetur, ut in c. cit. non Hollsienf. in fine & Panormit. n.b.

Primò autem modò sumptu Novale pro talibus in materia & jure decimali non habentur; ideoque seclusi contumine & conventionis, qui decimam aliquo fundo de feno & frumento percepit, de vino ex vitiis in eo plantatis aliò genere fructuum, ex eo altero culto postea collectorum, eas percipere debet, c. *Commisum 4. ubi Panormit. n. 1. Rebusus de Decimis q. 6. n. 33. Glos-*
tieren Q.D. Canon. Lib. 2. cap. 21. n. 55. & Barbola in c. cit. n. 4. Ratio effici-
tim; quia, licet ita mutetur terra que-
litas & ulu seu cultus, quod sustin-
tiam tamen immutata & eadem est, que-
ad decimas ex fructibus, non certi ge-
neris, sed quibuscumque ex ea collige-
dis, solvendas fuit obligatae, c. cit. §. 2. fin.
in tua 30. partim verò; quia, si qualis-
ter feu uia terra mutatò de novo gene-
re fructuum, novò ejus cultu produc-
rum, decimam solvende non efficit primitum
decimatori, in illius domini vel posses-
soris potestate fore; si fuit iure in ea que-
sito pro sua voluntatis arbitrio private,
contra Reg. Id quod nostram eff. li. f. 2.
R. I. cùm terra ulum cultumque pro li-
bis

stru mutare & ex prato agrum, ex isto vineam vel hortum facere, Ecclesia vel alio, cui fundus ad decimas obligatus est, non requisitò possit, ut probè observant sit, Panormit. n. 2. Rebuffus n. 35. & Azor p. 1. Inst. lib. 7. cap. 24. q. 10.

103. Ex iecundo modò & proprie ace-
pis Novalibus provenientes decima, Ju-
re communi spectato, praestanda sunt
Parochio vel Ecclesia Parochiali, intra
eius fines illa exurgunt, e. Quoniam
13. S. Cam contingas 29, quia sunt Rea-
les iure pradiiles; cum sint onus ipsius
terra seu fundi. Si Novalia exurerent in
loco intra diocesin quidem, sed intra nul-
lus Parochiae fines sit, ex ipsis decimas
solvenda essent Episcopo, juxta dicta n.

73. Unde

104. Dubium oritur primò, an Parochio
vel Episcopo Novalium decima etiam
debeat à Religiosis, qui ab iis de pro-
priis pradiis & fundis, quos propriis ma-
nibus vel sumptibus colunt, solvendis
sunt exempti. Affirmant id cit. Rebuffus
q. 14. n. 29. & Gutiérrez cap. 21. n.
131, quod, cum hujusmodi privilegium
tendat in præjudicium Ecclesia Parochia-
lis, accipendum sit stricte, & ad Nova-
lia non extendendum. Sed hac in re,
sicut extensiō nullus locus, sic et opus
non est; ut Religiosos ejusmodi privile-
giò à Novalium decimis exceptos ase-
ramus; cum enim Novalia etiam pro-
pria prædia, sive istorum pars & fundi
sint, et ipsò; quod propriis manibus
vel sumptibus excoluntur, ut ea privile-
gium afficiat, nullà opus est extensiōne;
quod verbi ejus proprio acceptis sint
comprehensa, ut non obscurè insinuat
e. ad audiētiā 12. ex cuius decisione
Cisterciensibus indultum privilegium, ne
de laboribus, quos propriis manibus &
sumptibus excolunt, aliquis decimas ab
ipsis exigat, Novalium & alias decimas

omnes comprehendit. Cujus ratio ul-
terior est; quia in concessione, facta per
verba generalia & indefinita, comprehen-
duntur omnes species & partes, quas eos
rum propria significatio includit, arg. I.
1. §. 3 ff. de Aleatoribus, duo Barbosa, Pe-
trus in 1. Quia tale 13. ff. Soluto marimo.
n. 37. Augustinus in c. cit. n. 4. Ita Pa-
normit, in c. cit. num. 1. Decius Confil.
113. n. 6. Suarez Tract. 2. de Relig. lib. I.
cap. 19. n. 4. & 17. & Zosius ad hanc
Rubr. n. 58.

Dubium secundò est, an Novalium
decima Parochio etiam debeantur, quan-
do decimas, intra ejus Parochiae fines
provenientes, ex privilegio percipit alia
Ecclesia vel Monasterium. Quia in re
ante omnia præ oculis habendus est pri-
vilegii tenor & mens Papa id conceden-
tis. In dubio de concedentis mente, ipsis
etiam Novalium decima adhuc viden-
tur ab Innocentio III, cuius ad Monaste-
rii S. Columba, privilegiò Apostolicò
decimas in certis Parochiis obtinantis, Ab-
batem scriptum est, Cam ibi, quod
majus est, fit concessum, ut videlicet de-
cimas de laboribus terrenis Parochiarum tua-
rum cum integritate percipias, de Nova-
libus eas percipere sati potes; quia, ubi
majus conceditur, minus concessum vi-
detur.

Nihilominus cum Rebuffo q. 14. n. 108.
29. Covarruvia Lib. 1. Var. cap. 17. n.
13. Gutiérrez cit. cap. 21. n. 120. & cit.
Suarez cap. 23. n. 6. ejusmodi privilegiò,
etiam Ecclesiis extraneis & Monasteriis
concessò, Novalium decimas compre-
hendi, communis DD. sententia & meri-
tò negat, propter textum e. Starnò 2. in
6. cuius pr. & §. Statuimus, Alexander
IV. Privilegium percipiendi decimas No-
valium (aliis, quam Cisterciensibus &
Carthusianis indultum) pro ea parte, quā
veteres ex indulto Apostolico (decimas

Eccc 2. Nor.

Novalium utique nondum tribuente; cum, si has quoque tribueret, minimè necessaria, imò frustanea esset imploratio alterius privilegiū super decimis Novalium) concessae eos contingunt, ultra istarum medietatem non extendi, declarat: etiam si tempore impetratiois istae five veteres decimæ ultra medietatem, imò totaliter perciperentur. Rationem reddit; quod verisimile non sit, Sedem Apostolicam, si de veterum plena vel maiori perceptione informata fuisset, eas in Parochialium Ecclesiarum præjudicium totas vel ultra dimidiam partem fuisse concessuram. Unde indubitate infertur, privilegiō percipiendi decimas intra alienæ Parochia fines, extraneis Ecclesiis & Religiosis simpliciter concessō, Novalium decimas, si earum mentio non fiat, concessas non intelligi. Ratio est; quia hujusmodi privilegia, sicut laicis, sic etiam Religiosis & Ecclesiis concessa, tanquam odioſa, restringenda sunt; cùm cedant in præjudicium Ecclesiarum Parochialium, super decimis, ex pradiis ac fundis intra earum fines sitis provenientibus, intentionem fundatam habentium in Jure communī.

109 Neque huic decisioni adversatur e. Ex parte cit. relatum Innocenti rescriptum; quia eō declaratum decimas percipiendi privilegium Juri communī consonum potius quam contrarium fuit; cùm fuerit de decimis Parochiarum, S. Columbae Monasterio per unionem incorporatarum, ut e. cit. clare insinuantur verbis, *Parochiarum tuarum: &c.* decimas ex pradiis intra earum fines sitis percipiendi jus, quod ex Episcopi affiguratione non *Canonica Ecclesiæ* extraneæ *Canonici* fruebantur, Monasterio restitutum fuerit concessione Apostolicā: cuius interpretationem reddens Innocentii, ea Novalium quoque decimas recuperata;

tas; ac proinde specialem istarum imprestationem minimè necessariam esse, reficit; Ex parte cit. quod Novalium dcimæ Jure communi pertineant ad Ecclesiæ Parochiales: quæ ratio redditur ab ipso Papa in e. cit. plenâ lectione, in libro buffo n. 8. relata ē. Cùm contingat, unde idem declaratur, ut cum cit. Stat. rez n. 6. ē. 7. notat Barbola in e. cit. n. 6.

Neque hac in re paritas est cum prævilegio decimas ex propriis pradiis solvendi, ad decimas Novalium extende; quia hoc spectatā vi verbō magis universale est propter absolute negationem, quam includit; ut id Novalium decimas comprehendat post, quād ad eas extendatur, Suarez I. & Piring ad hanc Rubr. n. 104.

Multò minus quād vi prævilegio Novalium decimas, in aliena Parochia extraneis, percipit Ecclesia vel Monasterium, in quod veteres decima translata fundatione laicorum, e. Statuto cit. §. 1. etiam si illi eas pofederint iuste cùm nim decimas Novalium non percipiunt laici vi infundationis vel prævilegiū apostolicō; quod his in dubio praesentes du taxat feri veteres decima conceſſantur, has etiam solas in Ecclesiam vel Monasterium tranſulerunt; cùmne plus juris transferre valeat in alio, quād ipsi competebat, Reg. Nov. 7. in 6. Vivianus in §. cit. Moneta de Decimis cap. 4. n. 75. & Barbola in e. cit. n. 16.

Dubium tertio est, an Novalium decimas in aliena parochia percipi, qui in ea decimas præscribit. In quo Negativa regulariter verifīma & e. C. 20. singat 29. decisa est, secundum eis Summam & sensum apud Interp. recentrum. Ratio clara est; quia, cùm si ne posſessione vel quali præscriptio non procedat,

procedat, Reg. 3. in 6. & ista strictæ sit interpretationis, plus præscriptum non censetur, quām possidit fuit: decimæ autem ex Novalibus recens exurgentibus provenientes ab eo, qui veteres præscripsit, nunquam fuere possesse, Panorm. in e. cit. n. 9. citt. Rebuffus q. 14. n. 9. Covarruvias cap. 17. n. 13. & Suarez cap. 20. n. 9.

Dixi, Regularicer, propter e. cit. verba, Nisi, qui alienas decimas percipere solent, rationabiliter causam ostendant, ex qua appareat, Novalium decimas ad ipsa pertinere: quibus apertè insinuatur cum veteribus aliquando Novalium decimas acquiri: sicut contingit. Primo, si cum illarum, etiam ex uno vel pluribus Novalibus provenientium decimalium possesso inchoetur, & tempore Jure definito, hoc est, quadragesima annis cum titulo vel immemoriali tempore continuetur, arg. c. 1. de Praescript. in 6. citt. Rebuffus q. 14. n. 17. & Moneta n. 85. Secundo, si cum veteribus etiam plurimum Novalium, in ejusdem prædii & fundi diversis partibus successivè exurgentium, decimæ semper percipiuntur; cum enim taliter, sicut veteres, sic & Novalium cum tempore exurgentium decimas percipiendi jus possideatur, cum illis has quoque percipiendi jus præscribetur, citt. Moneta n. 88. & Rebuffus n. 20. Tertiò, si, qui decimas veteres præscripsit, ex silva, palustri aliōve loco, ab hominum memoria non culto, decimalium nomine utilitas aliquid vg. ligna, virgulta, glandes, arundines perceptit, arg. c. Cū in tna 30. quia hujusmodi terra possessa fuit tanquam obligata ad decimas; ac proinde illas ex ipsa culta percipiendi jus cum tempore præscriptum est, Panormit. in e. Cū contingat cit. n. 9. Rebuffus l. cit. n. 22. & Gutierrez Ltb. 2. Q. Canon. cap. 21. n. 102.

Præterea hac in re observanda & custodienda est locorum Consuetudo: vi cuius alicubi terra ab hominum memoria sterili & inculta, humanaque industria & cultu in vineam aut agrum conversa primò duntaxat, & in Bavaria nostra tribus solum annis censetur Novalis; ut fructuum ex ea provenientium decimæ primò vel tribus tantum annis solvenda sint Parochio: postea vero aliis, si qui veteres decimas privilegiò, præscriptione aliōve titulo obtineant, sint solvenda, ut referunt Landrecht Tit. 28. cap. 13. Quæ Consuetudo, sicut legitimè præscripta, sic etiam valde consona estrationi; cum per eam decimalium confuso, & istius comites innumeræ litæ decimalies tollantur vel diminuantur.

ARTICULUS VIII.

De Causarum Decimalium Judice, Decimásque fraudantium Poenis.

SUMMARIUM.

113. Super decimis negatis adeundus est judex,
114. Proposita Actione Confessoria,
115. Rei Vindicatione,
116. Condicione ex Canone,
117. Vel Possessorio Interdictio.
118. In Petitorio super decimis cognoscit Index Ecclesiasticus:
119. Nisi decime in laicos perpetuè fuerint translate.
120. Idem judex est in Possessorio, cùre reuu clericis,
121. Vel causa possessionis admixta est questionis Juris.
122. Cùm bec non miscetur Et reuu laicus est, causa est Mixti Fori.

Eccc 3

123. Qua-